



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-764626-p0001-2

DFG

E. 5. num. 20.

7
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE

355.3

TRANSPLANTATIONE SVBDITORVM

IN LOCVM EMIGRATIONIS VEL EXPVLSIONIS
RELIGIONIS CAVSA NON SVBSTITVENDA
AD I. P. O. ART. V. §. 36.

QVAM

R. 355
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICO CHRISTIANO
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE
SILESIAEQUE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI REL.

CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE

PRAESIDE

1768,2
IOANNECHRISTOPHORORVDOLPH
IVR. DOCT. ET PROF. P. O.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESSENDI

D. IVLII MDCCXLVIII.

PVBLCAE ERVDITORVM DISCEPTATIONI

SVBMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS

IOANNES CHRISTOPHORVS BIERMANNVS

AVGVSTANVS.

ERLANGAE
LITTERIS WALTHERIANIS.



DISSERTATIO IN VADUZIENSIS LIBRIPICIA
DE
TRANSPALATIOINE
SABDITORVM
IN LOCVM EMIGRATIONIS AVEI EXPATIATIONIS
RELOCATIONS CIVIS A NON SAVSTITIANA
AD 1. I. 1. 0. AT 1. 0. 0.
6. 0. 0.
RECTORIE MAGNITUDENITASIMO
SERENISSIMO TRINICIE AG DOMINO
DOMINO
FRIEDERICO CHRISTIANO
MAGISTERIALIS RIBANDENAVICIO FORASSIE
SCHERVIALE DEC. KIR. HARGRAVIS NORMANPIRENTI FID
CONSENSA FELIXTRIS TEGITATIS LIBRIPICIA
GRATIAS
PRO LICENTIA
SUMMONIATUR MONGRIS CIVITATINI
A. IVAN. HICCIKAYN
PARLICIAE RIBANDOLYNA DIPLOMATATIONIS
SABINTIT
VATOR ET RISTPONDENS
VAGASTANAS
FREAVANGAE
TITTRIAS WALTHERIUS



DE
TRANSPLANTATIONE
SUBDITORVM IN LOCVM
EMIGRATIONIS VEL EXPULSIONIS RELIGIONIS
CAUSA NON SUBSTITVENDA.



§. I.

Quo maioribus laboribus, maiori effusi sanguinis copia, vtraque Pax, tam religiosa, quam Westphalica redenta est; quo magis ab earum custodia falus tam Catholicorum in Germania, quam Protestantium dependet: eo magis etiam horum omnium interest, sanctiones horumce foederum erroris Doctorum interpretationibus non subuerti, ne, quod mutuarum concertationum euerriculum esse debebat, earum fomes fiat. Cum itaque videam, ea, quae in vtraque Pacis formula tum de iure Statuum Imp. subditos diuersae religionis *expellendi*, tum etiam de subditorum *emigrandi* iure, constituta sunt, perpetram eo interpretari, quasi expulsioni vel etiam emigrationi religionis causa transpositio subditorum substitui possit: laborem Catholicis et A. C. additis aequae proficuum suscipere

A 2

michi

IV DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

mihi videor, quando isthanc sententiam in praesenti inaugura-
li specimine examinandam mili sumo. Quia vero tem-
pus, quo in patriam redeundum est, instat, nec datur ul-
terior dilatio, haec ipsa necessitas breuitati studere suadet:
atque quo magis illud succedat, non repeatam ea, quae ad
praesens institutum pertinentia Dominus Praeses, quem vene-
ror Praeceptorem meum fidelissimum, olim iam docuit in
Diff. de iure emigrandi et transmigrandi subditorum, eorumque expulsione et transplantatione, quaeque de hoc argumen-
to b. ENGAVIVS docte disputauit in Programmate
de quaestione: *an ciues religionis causa emigraturi queant transplantari?* licebit tamen, vbi opus esse videbitur,
ad principia ibi demonstrata interdum me referre.

§. II.

Ne vero aliquis plura expectet, quam in praefenti Dis-
sertatione praestari possunt, initio statim Lector commone-
faciendus est, non mihi iam propositum esse, vniuersum ar-
gumentum de expulsione vel emigratione subditorum, Ger-
maniae prouincias inhabitantium, qua late patet, pertracta-
re, neque etiam omnes casus emigrationis vel expulsioneis,
quae religionis causa suscipitur, expendi possunt; sed paulo
arctiores limites ponendi sunt. Scilicet vel quare potest
de emigratione expulsione illorum diuersae religionis sub-
ditorum, qui in anno normali vel publicum vel priuatum
habuerunt sua religionis exercitium, vel illorum, qui in
anno normali quidem tale religionis exercitium non habue-
runt, diuersae tamen religioni iam tempore conditae Pacis
Westphalicae sese addixerant, vel tandem eorum, qui de-
mum post ictum pacis foedus religionem, vniuersim quidem
in Germania receptam, nec tamen in patria cuiuslibet
prouinciae publice priuatinque toleratam, amplectuntur. Ve-
rum, quia neminem scio, qui ausus sit contendere, quod
in horumque casuum primo vel subditos propter religionem

ex-

expellere, vel emigrationi eorum transplantationem substituere, liceat; cum porro hodie nullus super sit quae stionis, an casu secundo subditi transplantari possint? usus: his mis sis, in casum, quem posui, tertium, solummodo animum intendam; itaque in id tantum inquiram: num forte subditi, qui diuersam a territorii Domino religionem, in Germania tamen toleratam, post conditam demum Pacem Westphalicam amplectuntur, et vel religionis causa emigrare cupiunt, vel expelli possunt, negato discessu, iure transplantari queant? Atque, cum res ex Pace religiosa et Westphalica potissimum iudicari debeat, multumque iuuet, nosse, quibus tractatibus demum ad conuentionem deuentum sit, illorum historiam, qua fieri potest, breuitate, praemittere, necessarium esse iudico.

§. III.

Postquam nimirum de emigratione propter religionem in recessu Imp. Augustano a. 1530. primo, quantum mihi constat, aetum, et foliis Catholicis Euangelicorum Statuum subditis concessum erat, ihrer Gelegenheit nach ein freyer Ab- und Zuzug, der obgemeldten Oberkeiten, Staedt, Orl und Flecken, illud vero decretum ob Protestantium dissensum vim legis obtinere non potuit; postea, cum tractatus de Pace religiosa a. 1555. instituerentur, principio statim ea res tractari coepit, eo successu, vt non modo Electores cum Principum collegio consenserint in formulam a): Wo aber der Kayf. und Kon. Majest. auch der Churf. Fuersten und Staende Vnterthanen, der alten Religion, oder der Augsp. Confession anhaengig, von solcher ihrer Religion wegen, aus der Kayf. und Kon. Maj. auch der Churf. Fuersten und Staende des H. Reichs Landen, Fuerstenthumen, Staedten oder Flecken

A 2

cken

a) Hanc vide apud LEH. Cap. 10. p. 26.
MANN in Act. Pac. rel. Lib. I.

cken, mit ihren Weib und Kindern, an andere Orte zieben, und sich niedertun wollten, denen soll solcher Ab- und Zuzug unverhindert maenniglichs zuglassen und bewilligt seyn; sed etiam Ciuitates Imp. ei deinde acceſſerint b), et ipſe quoque Rex FERDINANDVS, quamuis initio hanc clausulam omitti maluifet c), tandem tamen Statuum vtriusque religionis affiduis precibus vietus, per omnia annuerit, verbis memoria dignissimis d): Fürs 4. der Vnterthanen Abzug betreffend haben sich Kön. Maj. erklæret, daß sie den Articul, wie derselbe gesetzt, wollten bewilligen, auch ihrer eigner Vnterthanen halben deshalbem sich theilhaftig machen, also und dergestalt, welcher Vnterthan der Religion und Glaubens wegen unter ihrer Kön. Maj. nicht bleiben wollte, der moechte anderſtwo binziehen. Quo factum, vt conuentio iisdem, quibus ab Electoribus concepta erat, verbis, Constitutioni de Pace religiosa Art. 24. e) infareretur.

§. IV.

Haec vero Statuum concordia non adeo diuturna fuit. Cum enim anno 1559. Auguftae Vindelicorum iterum comitia haberentur, iam tunc Euangelici Status conquesti sunt de crebris Pacis religioſae, etiam qua ſubditis emigrationem permittit, violationibus f); praefertim vero in comitiis a. 1566. habitis, die 25. Aprilis in grauaminibus ad Caſarem delatis g) grauiter tulerunt, quod, cum ex Pacis religioſae formula emigratio propter religionem ſubditorum arbitrio committi debuiffet, daß es in der Vnterthanen Macht

b) Extat Ciuitatum decretum 19. et ap. LEHMANN Lib. I. cap. ap. eund. I. c. cap. 12. p. 27. 34. p. 64.

c) Tete Resol. regia ap. eund. f) LEHMANN I. c. Lib. II. cap. 16. p. 36. c. I. p. 81.

d) Ap. eund. cap. 19. p. 43.

e) Corp. Rec. Imp. Tom. III. p. 100.

g) Ap. eund. I. c. cap. 4. P.

Macht und Willkür stehen soll abzuziehen, oder zu bleiben, Catholici tamen suos, qui nouiter Aug. confessionis formulam fide amplectentur, magna feueritate expellerent. Saepius deinde hae querimoniae repetitae sunt, nimurum in comitiis a. 1576. 1594. 1598. et 1613. et maxime in Republicis a. 1598. Caesari traditis b) asserebant, euangelicam religionem ita per Pacem religiosam in Imperio firmatam esse, das derowegen niemand solle von seinem Vaterlande oder angestellten baeuslichen Wohnungen, liegenden Guetern und andern Gelegenheit verflossen werden. Neque tamen Catholici sibi decrant; quin potius iam a. 1566. in responsione ad Euangelicorum grauamina i), emigrationem subditorum non tantum voluntatis, sed etiam necessitatis esse, contendebant: lassen es des Abzugs halben beym ausdrücklichen Buchstaben und derselbigen Verstand, aber nicht bey dem fürgebilden jeden ungestandenen Verstand, der Willkür bewenden; nec minus in comitiis a. 1576. et 1594. conuocatis nonnunquam recriminatione vbi sunt, simul tamen concesserunt k), quod subditi Catholicorum Euangelici discessu suo des sonst von Alters gebührlichen Einschens der Obrigkeit sich frey entledigen mögen.

§. V.

Superuenierunt deinde belli tempora, cuius calamitatibus cum omnes Imperii Status vires fractas ac imminentem Imperii ruinam sentirent, pacem denuo respicere coeperunt. Itaque ad Pacis Westphalicae tractatus tandem deuentum est, ubi, cum inueteratis litibus necessaria medicina quaeretur, Euangelicorum Statuum Legati mox, postquam pri-

A 3

mas

b) Ap. eund. Lib. II. cap. 7. p. 251.

k) In refut. grauaminum in comitiis a. 1594. composita Art.

i) Ap. eund. l. c. cap. 5. pag. III.

Aber gleichw. ap. eund. ibid. cap. 67. p. 237.

VIII DE TRANSPANTATIONE IN LOCVM

mas pacis conditiones Sueci Gallique proposuerant, inter grauamina ecclesiastica, quae cum Catholicis d. 15. Dec. a. 1645. communicabant, art. III. *1)* emigrationis subditorum mentionem iniecerunt, et Pacem religiosam in eo violatam esse censuerunt, quod Catholici Status subditorum A. C. additorum arbitrio emigrationem adhuc permittere nollent, saepius eam difficilem redderent, nonnunquam et prorsus negarent. Ad haec Catholici, in scripto cum Euangelicis d. 29. Ian. a. 1646. communicato, regesserunt, ius fibi esse subditos *vermoeg des hochbetheuerten Religions-Friedens klarer Disposition zu der Emigration anzuweisen m).* Suas deinde Comitis TRAVTMANNSDORFII Euangelici d. 26. Febr. a. 1646. media, quae vocabant, compositionis tradidere, in quibus ad grauamen tertium exigeant, propter religionem subditos non esse *expellendos, wenn es aber eines evangelischen Vnterthanen Gelegenheit also mit sich bringet, zu verkaufen und anderswo sich hinzuwenden, soll demselben solches unter dem Praetext der Leibeigenschaft oder sonst einigerley Weise nicht verwehret werden n).* Sed et Catholicis in sua sententia persistibent varie de ea re actum est, donec tandem Euangelici in declaracione grauaminum Legatis Suecicis d. 27. Febr. a. 1647. exhibita o), necessariam subditorum, qui diuersae a territorii Domino religioni additi, sed a. 1624. exercitio religionis suae gauisi, reliquorum, qui, intra semestre post publicatam pacem alterutram religionem professuri sint, cum domestico solum Dei cultu, tolerantiam proponerent, hos vero, qui demum post semestre elapsum alterutri religioni accessuri essent, expelli quidem posse concederent, sed tamen datis quindecim annorum induciis. His enim conditionibus propositis Caesariani

1) Ap. DE MEIER N Act. Pac.

Westph. Tom II. p. 526.

m) Ibid. pag. 557.

n) Ibid. pag. 570.

o) Ibid. Tom. IV. p. 94. 96.

a pristino rigore paulatim p) recedere cooperunt, ita, vt in plerisque capitibus ipsis cum Euangelicis conueniret, et ne quidem clausulam de emigratione tum voluntaria, tum necessaria, praetextu seruitutis, aut alio, non impedienda, accipere detrectarent q); quo facto, post variam cum Catholicis Statibus actionem, tandem omnes consenserunt in hanc formulam ipsi Pacis instrumento insertam: *Quod si vero subditus, qui nec publicum nec priuatum suae religionis exercitium anno 1624. habuit, vel etiam, qui post publicatam Pacem religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut a territorii Domino iussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis, discedere r).*

§. VI.

Ita multis laboribus vtramque pacem Germania obtinuit: quārum ex tabulis coniunctis appetat, tam subditum Catholicum Status Euangelici, quam Euangelicum Status Catholicī, qui nec publicum, nec priuatum suae religionis exercitium anno normali habuit, vel denum post Pacem Westph. religionem mutat, religionis causa emigrare posse, et si a territorii domino parienter toleretur, eique domesticā deuotio permitatur. Id enim patet ex ipsis verbis Pacis Religiosae §. 24. quae supra iam attuli (§. 3.), et Pacis Westphalicae Art. V. §. 36. collata cum §. 34. cuius verba §. 5. descripsi. Sed tamen et dominus territorialis subditos tales diuersae religionis tolerare potest, si vult, eoque casu domesticum Dei cultum ipsis permittere debet, vel, si tolerare non vult, expellere potest; quod iidem Pacis Westph. textus docent, et praefertim ius subditos religionis causa expellendi verbis I. P. O. Art. cit. §. 36. aut a territorii domino iussus fuerit, fir-

ma-

p) Ibid. p. 123. 125. et adi.
Prot. Lit. B. p. 156. sq.

q) Ibid. pag. 516. sq. 543.
r) Instr. Pac. Osn. Art. V. §. 36.

matur, coacta enim emigratio expulsio est seu exilium (Dom. Praef. Diff. cit. §. 5.).

§. VII.

Si fines respicimus, propter quos leges imperii fundamentales subditis ius religionis causa emigrandi, et Statibus ius eapropter illos expellendi, dederunt, facile ostendi potest, *illis ius emigrandi ideo, ut sibi quoad religionem eiusque exercitium quam fieri potest optime consulere, et tutos a persecutionibus se praetulare possint, Statibus vero ius expellendi ideo, nemini ius reformati diminuatur, illisque inuitis diuersae religionis subditri obrudantur, esse concessum.* Et quidem quod ad ius primum pertinet, eo fine ius emigrandi in Pace religiosa subditis concessum esse, verba §. 24. von selber ihrer Religion wegen, indicant, quippe quorum sensum hunc esse: *quo melius (subditri) religioni eiusque exercitio consulere possint, iam Camerale in dubiis a. 1582. in comitiis propositis s) agnouerunt, cum affererent, beneficium emigrationis, et si iam subditis libertas conscientiae permisſa fit, non tamen ex superfluo datum esse, sitemal solche Freyheit nicht einem ieden gnugsam, sondern werden dannoch wohl erliche, die weil sie keine offentlichen Kirchen und Schulen gehaben moegen, an andere evangelische Orte sich haenslich nieder zu than verursachet.* Et hanc Euangelicorum sententiam adhuc in Pace Westphalica fuisse, per-

s) Ap. LEHMANN I. c. Lib. III. cap. 29. p. m. 435.

t) Quibus ad stipulator Autor des kurzen Begriffs der Fundamente, warum man die Catholische zur Ejection ihrer evangel. Urterth.

nicht befugt zu seyn erachtet, ap. CORTREIVM Obsl. ad Pac. rel. Art. XI. §. 6. p. 229. ibi: sondern, das's es nur bey den Unterthanen stehe, wann sie wollen, wegen Mangel des exerciti publici, an andere Orte zu emigriren.

perspicitur partim ex voto Legati Brunswicensis *u*), in quo materiam deliberationis tunc instituendae inter alia eo redire dicit, *wenn ein Vnterthan ohn oeffentliches Religions-Exercitium nicht seyn könne, und deswegen wegziehen wollte, auf was Art ihm voluntarium emigrandi beneficium zu verstatte*, partim ex consultatione ab Euangelicis inter medios Pacis Westph. tractatus a. 1646. euulgata *x*), in qua dicunt, hoc emigrationis remedium ideo excogitatum esse, *damit die Obrigkeit sich hinführo keiner Aufruhr, noch die Vnterthanen einiges Gewissens-Zwangs mehr zu besorgen haben moechten*. Adde et ipsam Pacem religiosam, quippe cuius finis iuxta §. 13. erat: *solche nachdenkliche Vnsicherheit (der Staende und Vnterthanen) aufzuheben*. Nec aliam Catholicorum Statuum mentem fuisse, ex eorum propositionibus de tollendis grauaminibus, a. 1646. cum Euangelicis communicatis, intelligitur, vbi emigrationis hunc finem esse volunt, *dass der Vnterthan wider seiner Obrigkeit Verboth mit Beschwerung seines Gewissens unter derselben zu bleiben nicht schuldig seyn solle y*). Quod vero finem concessi tandem iuris expellendi attinet, ille haud dubie cognoscitur ex variis Catholicorum Statuum, et praesertim Legatorum inter tractatus Pacis Westph. declarationibus, in quibus postulatae ab Euangelicis necessariae subditorum tolerantiae semper ius reformati et iniquitatem inuoluntariae tolerantiae opponunt *z*).

B 2

§. VIII.

u) Ap. DE MEIERN A. P. W. T. III. p. 249. Adde votum Legati Comitum Franconiae, ib. p. 253.

x) Ibid. Tom. II. p. 704. sq.

y) Ap. DE MEIERN l. c. Tom. III. p. 197. 439.

z) E. gr. ap. DE MEIERN

l. c. Tom. II. p. 633. Tom. III. p. 197. Tom. IV. p. 62. sq. vbi TRAVTMANS DORFIUS Comes paucis verbis multa expressit: *Ein ieder Stand, auch fōgar die Grafen, haetten ja Macht in seinen Landen zu reformiren, würden doch die Catholischen nirgends gelitten.*

XII DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

§. VIII.

Quia vero in utroque foedere tam Pacis religiosae, quam Westphalicae, non tantum singuli Status, sed plane Corpora et Catholicorum et Euangelicorum, testantibus Actis publicis, inter se pacti sunt; inde cognoscitur, ex hisce conventionibus non modo subditis ius emigrandi, et Statibus ius expellendi, quaestum esse; sed et utrumque Statuum Corpus ius acquisiuit exigendi, ne quidquam contra alterutrum vel subditorum vel Statuum ius a quoipiam admittatur. Et quoniam utrumque Pacis foedus etiam in legem Imperii fundamentalem transit, quarum custodia est penes totum Imperium: quin etiam totum Imperium iure efficere possit, ut Statibus iuris expellendi, eorum vero subditis iuris emigrandi usus permittatur, non ambigendum est.

§. IX.

At non immerito hic quaeritur: cuiusnam sit statuere, an et quomodo Statui iure expellendi, subdito iure emigrandi, vti expedit, nec ne? Nam haec quoque res in controversiam venit. Et, si quidem omnes Principes boni, subditi non mali, ambo fatis intelligentes essent, tunc sane neuter alterius iure aduersa admissurus, et omnis disceptatio fere inanis esset. Nunc autem, cum inter mortales tantae et Principum et subditorum virtutes non semper sperari queant, hac disquisitione non tuto supersedere possumus. Si igitur Principis esset, statuere de eo, an subdito emigrare expedit, is semper, quoties subditus emigrare cupit, discernere possit, non expedire subdito; si subditi esset iudicium, de commodis incommodisque, ex sua expulsione reipublicae sperandis vel metuendis, is nunquam boni foret praenuncius. Quid ergo? Frustraneum esset ius expellendi Principis, et subditi quoque ius emigrandi. Quod ne fiat, ipsa natura utriusque limites rexit; et cum Principis, quata-

talis, non sit decernere, nisi de his, quae publice sunt utilia, subditi de illis tantum, quae priuatim: *iudicium de eo, an et quomodo iure expellendi vi expedit, non subditio, sed Principi, de eo an et quorsum emigrare proficit, non Principi, sed subditio, relinquendum est a:*

§. X.

Præterea *religionis causa emigraturis, vel expulsis, ius quoque competit, pro suo arbitrio nouas fortunarum suarum sedes eligendi.* Quod, prouti ipsis legibus naturae, ita et Pacis Westphalicae tum verbis, tum rationi, conuenit. Verbis; cum *liber discessus*, tam sponte emigraturis, quam emigrare iussis, i. e. expulsis, Art. V. §. 36. I. P. O. concessus fit; rationi; cum subdito nulla foret potestas, qua religionem eiusque exercitium, quaeque hinc porro pendent, sibi, quam fieri potest, optime prospiciendi, seque a persecutionibus tutum praestandi, nisi electio noui domicilii eius arbitrio committeretur (§. 7.). Et quoniam in vniuersum tractatum in conuentionibus interpretandis maxima vis est: eadem ratione propositio, quam veram esse defendo, ex varijs dictis aetisque, quibus Legati in conuentu Westphalico præsentes fuorum voluntates explicuerunt, vberrime confirmatur. Ita, vt alia multa praetermittant, inter tractatus de pacis conditionibus Euangelici postulabant b): *Wann es eines Catholischen Standes Evangelischen Unterthanen, oder auch eines Evangelischen Standes Catholischen Unterthanen selbst eigene Gelegenheit mit sich bringt, das Seinige zu verkaufen, und sich anders wohin zu wenden, non impediendam esse bonorum distinctionem; sic Caesaris Legati, in periculo instrumenti pacis d. 3. Junii a. 1647. Succidis exhibito, scriperunt: Illi deni-*

B 3 que

a) Vid. b. ENGAVII Pr. fū-
num ap. DE MEIERN A. P.
pra alleg. §. 15. in fine. W. T. III. p. 283. 338. et alibi

b) In conceptione grauami- paſſim,

XIV DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

que Statuum immediatorum subditi, qui post Pacem et publicatam deinceps futuro tempore diuersam a suo Superiore religionem profitebuntur et amplectentur, iussu quidem Magistratus religious causa, termino praefixo decennali emigrare tenentur: quodsi intra hoc spatium bona sua vendere, aut commoditatem domicilii transferendi inuenire nequievint vel neglexerint, et q. s. c). Quis autem non videt, conditiones: wenn es dessen selbst eigene Gelegenheit mit sich bringet, vel si commoditatem domicilii transferendi inuenire nequievit, vel neglexerit, frustra ponit, nisi simul disponerent, subditum commoditatem domicilii transferendi etiam quaerere posse? Neque silentio praetereundum est, Catholicos, in responso ad Euangelicorum grauamina d), rationem, qua quondam ciuitates Vlmenfis et Mühlhusana alibi vsae erant, daß die Staende den Unterthanen, ibrem Murb und Gefallen nach, eine Religion nicht zulassen, sondern, da es ihnen nicht gelegen seyn wollte, sich solcher jetziger gemeiner Stadt- Religion anhaengig zu machen, stünde es ihnen frey, nach andere Orte ihres Gefallens zu ziehen, pro se allegasse, adeoque et probasse. Quod, si ita est, quis neget, emigraturis suo arbitrio nouum domicilium quaerendi ius esse potestatemque? Sed omne dubium illud tollit, quod, cum Caesariani, a. 1647. d. 6. Febr. in tertio Legatorum quorundam et Deputatorum Euangelicorum in puncto grauaminum confessu, declarauissent, Caesarem, vt Euangelicos in ditionibus haereditarioris Auftriacis toleret, prorius teneri nolle, et Deputati Euangelici ex illis quaererent: Wo sollen aber die armen Leute bleiben? Comes TRAVTMANNSDORFIVS responderit: die Evangelischen moechten sie unter sich aufnehmen e). Imo idem Comes et VOLMARVS, adiunctus ei Legatus, in congressu cum Deputatis Euangelicorum d. 25. Iulii a. 1646. habito, viam, qua emigraturis Euangelicis eundum esset, cla-

c) Ibid. T. IV. p. 571.

d) Ap. eund. T. II. p. 556.

e) Ap. eund. T. IV. p. 64.

clarius adhuc his verbis demonstravit; *Die Protestirenden haetten nunmebr mehr Lands in Deutschland, als die Catholischen selbst, waeren hin und wieder Lands und Güter genug seil, da sich dergleichen emigrirende Personen wieder einkaufen und anrichten koennten f).* Sic vides late patentes campus, in quos Euangelicis emigraturis excurrere et domicilium quaerere licet; verum, Catholicis emigraturis cum Euangelicis, expulsis cum sponte emigrantibus, ex I. P. W. Art. V. §. 36. ius aequum esse, memento g).

§. XI.

Germaniam rempublicam esse ex variis aliis subordinatis, quas prouincias vocant, *compositam*, ex Status Germaniae Notitia hic merito supponitur; neque minus constat, nonnullas harumce prouinciarum sub uno capite ita coniungi posse. Superioritas territorialis alterius prouinciae sit in alterius dominio, ita tamen, vt in vnam remp. non coalescant, alias ita eidem Principi subiici, vt singulae singularium rerumpublicarum formam non retineant, sed transirent in vnam. Illae prouinciae *coniunctae* sunt, hae plane *incorporatae*. Dari praeterea prouincias, quarum territorialis potestas in eodem capite ex accidenti tantum concurrit, ita vt nulla sit in alterius dominio, sed quaelibet quasi sui iuris sit, nemini ignotum esse potest; et tales prouinciae Imp. Germ. *coordinatae* sunt. Sed dantur *analogia* quoque prouinciarum tum *coniunctarum*, tum *coordinatarum*, quarum illae in dominio extraneae gentis sunt, sed formam peculiaris Imperii prouinciae retinent, vt Pomerania Suecica,

f) Ap. DE MEIERN, ibid. quae paulo ante iis, qui sua sponte emigrant, concessa sunt. Sunt verba instrumenti Pacis, quale a

g) Hoc modo coacte emigrantes eadem beneficia competant, eund. T. IV. p. 572.

XVI DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

cica; hae vero ex accidenti eidem cum gentibus extraneis Principi sub sunt, sed nullum gentis extraneae dominium agnoscunt, quarum exempla sunt ditiones Hannoveranae, stemmatis electoralis Brandenburgicae, Comitatus Oldenburgen sis et Holstiae diuersae partes, quippe regno Britannico, Prussico, Danico et Russiae imperio coordinatae.

§. XII.

Haec si recte tenes, haud difficulter sequentia intelliges, nimirum I. transplantationem subditorum prouinciae Germanicae tunc demum vere adesse, si iusu Superioris subditus domicilium ita mutat, ut illud tantum vel in alium eiusdem per omnia prouinciae locum, vel etiam in fines prouinciae incorporatae, transferat; II. Non esse transplantationem, si iusu Superioris subditus prouinciae Germanicae pristinum domicilium relinqueret, nouumque in prouincia vel coniuncta, vel coordinata, constituere debet; tunc tamen III. subditum iuncta confirmatione vel deportatione in exilium agi, seu expelli; idem vero IV. statuendum esse, si subditi prouinciae Germ. Superioris iusu domicilium nouum in rem publicam extraneam vel coniunctam, vel tantum coordinatam, transferre cogitur. Eorum omnium rationes inueniuntur in Dom. Praefidis Diff. de iure emigrandi et transmigrandi subditorum etc. Cap. I. §. 9. 14. et 18. nec ideo, cum illa sufficere videantur, nouis demonstrationibus opus est.

§. XIII.

Cum vera transplantatio subditi prouincialis Germanici, quae propter religionis a domino territoriali diuersitatem decernitur, subdito non permittat ire, quo vult, suoque arbitrio sibi tutum commodumque domicilium querere, sed potius confirmationem contineat (Dom. Praef. Diff. cit. §. 9. 18.); cum subditum prohibeat, de optima maxima religionis sua liberta-

tate, et securitate a malis ob religionem metuendis, sibi prospicere, neque sperari possit, eundem Dominum, qui subditum in pristino domicilii loco propter religionem male habuit, in nouo domicilii loco, mitius cum eo acturum esse, adeoque haetenus male subditio cautum sit: emigraturo econtra et exuli totus mundus pateat, et non modo liberare se a pristini Domini potestate (*des Einsebens der Obrigkeit sich frey entledigen*, vid. §. 4. in fine), ex territorio et Principatu plane discedere b), Catholicus in terris Catholicorum, Euangelicus in ditionibus Euangelicorum, domicilium (§. 10.), ubi summa in religionis exercitio libertate, summa securitate frui queat (§. 7.), eligere possit: *constat transplantationem nec emigrationi, nec expulsioni aequipollere, nec beneficium pro emigraturis vel exilibus esse, sed nouam afflictionem.* Cum porro subditi in prouinciam coordinatam vel coniunctam coacta propter religionem traductio durior adhuc sit transplantatione, cum non modo illius incommoda contineat, sed etiam subditum cogat, ut se subiiciat reipublicae, cui antea ad nihil prorsus obstrictus erat i): *talis subditorum religionis causa traductio ex prouincia in prouinciam tanto minus emigrationi vel expulsioni aequipollit, tanto minus pro beneficio babenda, quanto peior est transplantatione.* Vnde, etiam*s ius transplantandi concedetur, ideo tamen ius ita traducendi subditos nondum daretur.*

§. XIV.

Sed omnium pessimum est, si subditus prouinciae Germanicae, diuersae a territorii Domino religioni addictus, propterea in regnum exterum traducitur: hic enim quicquid malorum tum transplantationi, tum subditorum transpositioni in prouinciam vel coniunctam, vel coordinatam, inest, non

i) Pac. relig. §. 24, ibi; Lan-
den, Fürslenhumen.

XVIII DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

non modo concurrit, sed etiam nouorum accessione augetur. Namque subditus ita in regnum exterum pulsus, eidemque alligatus, civitate germanica, beneficiis Pace, tum religiosa, tum Westphalica, ei concessis, protectione Imperii, et vtriusque tum Catholicorum, tum Euangelicorum, Corporis (§. 8.), et, vt cuncta vno verbo comprehendam, iure omni, quod tanquam Germaniae ciuis habebat, plane priuatur *k)*, atque ita in manum et potestatem iam antea fibi infensi Principis redigitur, vt, si vel spiritum adhuc ducere permittatur, id eius gratiam existimare debeat. At, dices, laute fides assignari, liberrimum religionis exercitium concedi potest. Recete quidem; sed, vt alia fileam, bonis verbis nihil cautionis ineſt, multo minus adhuc subdito cautum est de perpetuitate tam propensae voluntatis. Quid enim? Si Princeps, qui liberos intuitu Imperii nunc manus habet, deinde impotentius regnare, et cum subdito ita in potestatem suam redacto, eiusque religione, inclemens agere incipiat: ecquis tunc homini vindex erit? Frustra profecto Quiritium fidem implorabit, frustra ad Pacem religiosam atque Westphalicam prouocabit; neque Imperii, neque Corporis vel Catholicorum, vel Euangelicorum, auxilium expectandum est, cum nihil illis iuris sit in Principem reipubl. exteræ. Haec igitur omnia, vt decet, ponderanti, non erit dubium, *qua talis traductio, qua ciuis prouinciae Germaniae propter religionem domicilium in exterum regnum, Domino, quem habuit, territoriali pariter subiectum, transferre cogitur, ne quidem transplantationi vel traductioni de prouincia in prouinciam, multo minus emigrationi vel expulsioni, nequipavari, nedum beneficium existimari queat: neque immerito quis indicabit, ex ipso, se quod religionis causa daretur, transplantandi iure, tam subditorum deductionem non deriuari posse.*

§. XV.

k) Ibid. §. 36.

§. XV.

Quodsi iam porro lubet, transplantationem ad normam Pacis religiosae et Westphalicae exigere, videbimus, illam, qua subdit vel Catolici Domini territorialis Euangelici, vel Euangelici Domini territorialis Catolici, qui post Pacem Westphalicam publicatam diuersam religionem amplectuntur, propter hoc ipsum transplantantur, et verbis, et sententiae vtriusque Pacis esse contrariam. Et primo, quod Pacem religiosam attinet, verba clara sunt l): *Wo aber unsere, auch der Churfürsten, Fürsten und Staendea Unterthanen, der alten Religion, oder Augspurgischen Confession anhaengig, von solcher ihrer Religion wegen aus unsfern, auch der Churfürsten, Fürsten und Staenden des Heil. Reichs Landen, Fürstenthumen - - an andere Ort ziehen, und sich niedertibun wollten, de-nen soll folcher Ab- und Zuzug - - zugelassen und bewil-ligt - seyn.* Si enim emigraturis vel expulsis permittitur discessus e terris et Principatis, is vero per transplantationem tollitur: nemo negare poterit, quin transplantatio ista cum verbis foederis pugnet. Si vero Pacis Westph. verba inspi-cimus, statim patet, aut subdito emigrationem iniungi, tunc vero discessum debere esse liberum, I. P. O. Art. V. §. 36. qui, qualis esse debeat (ex §. 10.), et quam vehemen-titer ei transplantatio aduersetur, (ex §. 13.) facile intelli-gitur; aut vero subditus migrare non iubetur. Hoc autem casta aut sponte manere vult, et patienter tolerandus est, ex praefcripto I. P. O. Art. cit. §. 34. aut sponte migrare vult, et liber iterum discessus illi patere debet, per I. P. O. Art. cit. §. 36. Quocunque igitur respicias, semper intelliges, cum verbis vtriusque Pacis huic transplantationi non con-nenire. Ergo ad legum sententiam transeundum est. Hanc autem non magis favere transplantationi, haud difficulter demonstrabitur. Nam, cum finis fationum, quae in

C 2

vtrius-

l) Pac. rel. §. 24.

vtriusque Pacis tabulis de emigratione vel voluntaria, vel coacta, disponunt, ratione subditorum quidem eo redeat, vt hi, quod ad religionem pertinet, summae commoditatis et securitatis compotes fieri possint, ratione Superioris vero, ne nimis ius reformandi minuatur (§. 7.), et ita ei omnis facultas adimatur turbarum occasionem praeccuendi ^{m)}; contra vero, transplantatio impedit, quo minus subditi ipsi sibi de summa religionis libertate et securitate, vt decet, prospicere possint (§. 13.): necessarium est, vt transplantatio, quemadmodum fini et rationi, sic quoque sententia legum, aduersetur. Cum porro Pacem religiosam ipse Rex FERDINANDVS ita interpretatus sit: *welcher Vaterland der Religion und Glaubens wegen unter ihrer Koen. Mai. nicht bleiben wollte, der mochte anderwo hinziehen* (vid. §. 3.); cum Status Catholicus a. 1594. ita eam intellexerint, vt censerent, subditos posse discessu suo *des sonst von Alters gebübrenden Einsehens* der Obrigkeit sich frey entledigen (v. §. 4.), et transplantatio cum his consistere non possit: cum denique expulsis et emigraturis Legati, praesertim Caesaris, durantibus Pacis Westph. tractatibus, viam, ab ea, qua his, qui transplantantur, eundum est, prorflus diuerfam monstrauerint (§. 10.); ex pacientium vero inter tractatus intentione, dictis factis demonstrata, sententia pactionum colligenda fit: hinc quoque patet, cum legum fundamentalium sententia subditorum transplantationem non conciliari posse.

§. XVI.

Quae cum ita sint; cum transplantationis incommoda non solum omnia et reliquis subditorum traductionibus infinit, sed plane nouis augeantur (§. 13. 14.) atque ita haec omnes eatenus aequali ratione se habeant: *quin illae quoque*

^{m)} Id, quod institutis Osnabrugae tractatibus Comes TRAVT-MANNSDORFIUS in primis vrit,
ap. DE METERN A. P. W.
Tom, IV. p. 62. 64. 65.

que et verbis et sententiae Pacis religiosae et Westphalicae repugnant, dubium non erit. Quamobrem illud recte sustinuit Corpus Euangelicum in literis intercessionalibus d. 7. Iulii a. 1734. ad Imperatoriam Maiestatem datis n): nach - - ia einigen andern Orten wider ihren Willen sie zu transportiren, würde der in besagten Religions-Frieden festgesetzten Emigrations-Freizeit und Abzugs-Rechte allerdings derogiren.

§. XVII.

Itaque, cum subditorum, qui religionis causa vel emigrare vel expelli possunt, tum transplantatio, tum in aliam, eidem Principe subiectam, vel coordinatam vel coniunctam, prouinciam, et magis adhuc in regnum exterum, abductio, fit Paci religiosae et Westphalicae ita contraria (§. 15. 16.), vt ne quidem emigrationi vel expulsioni aequi polleat (§. 13. 14.); cum aduerterentur iuribus subditorum ex legibus Germaniae fundamentalibus natis, ipsius quoque Imperii et Corporum tam Euangelici, quam Catholici (§. 6. 8.): *nemo dubitare poterit, quin Domino territoriali omni, subditos, diversae religionis causa, vel transplantare, vel alia supradicta ratione traducere, omnino interdictum sit.* Atque adeo hoc verum est, vt vel ad ipsam, quam vocant, *eminentem potestatem* frustra in hac causa prouocent, frustra, ditiones suas hominibus libero eorum discessu orbari, aliorum Principum, hostiliter in se animatorum, vires noua accessione augeri, hinc in hoc confictu territorii sui publicam salutem saluti singulorum subditorum praferendam, eosque libero discessu priuari posse, obtendant. *Vt enim sileam, subdi-*

C 3 tum

n) Ap. DE SCHAVROTH in der vollst. Sammlung aller Conclusorum, Schreiben und Verhandlungen des Corporis Euangelicorum. T. I. p. 313. conf. quoque Postscriptum de dato 18. Iunii 1755. adiectum literis a Corpore Euangelicorum ad Regem Magnae Britanniae aliasque sub d. 7. Maii ei. anni transmissis.

XXII DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

tum prouinciae Germaniae eo ipso, dum pristino domicilio
excedere iubetur, vel, in casu lege permisae emigrationis,
se emigraturum profitetur, ita a pristino, vt vniōnis,
ita et subiectionis, vinculo liberari o), vt Superiori
quoad actus perpetuo duraturos non amplius subfit p), po-
testatem autem, etiam eminentem, in non - subditum dari
nullam, vt fileam, huius potestatis vi subditum tunc de-
mum iure quodam priuari posse, quando ineuitabilis necel-
litatis ratio illud poscit, hanc autem necessitatem hoc casu
nunquam adesse, cum semper legitimū detur remedium di-
scēsum subditorum impediendi, nimirum si publicum reli-
gionis exercitium, cum inde dependentibus faecularibus iū-
ribus, et plena securitas in loco, vbi sunt pp), conceditur;

vt

o) Dom. Praef. Diff. cit. §. 7. 8.

p) Id. ib. §. 35.

pp) Perill. quidem L. B. AB
ICKSTATT concessionem pri-
uati religionis exercitii ad hoc suf-
ficeret putat, in Opusculo infra al-
legando §. 6. 8. ea ratione mo-
tus, quia huius concessione finis,
quem Pacifcentes inter tractatus
Pacis Westph. haberunt, ex
affe obtineretur, et subditi, qui-
bus exercitium religionis priuatum
ex pađo et gratia conceditur,
illis, qui illud vi anni normalis
habent, melioris conditionis esse
non deberent. Id vero nondum
adeo liquet. Nam, queritur
adhauc, numne et subditi, quos
annus normalis in exercitio reli-

gionis priuato tuerit, vt publi-
ci, et faecularium commodorum,
quaes propter religionem ipsis
forte denegantur, compotes fiant,
emigrare possint? Certe, cum
subditi, ad quos annus normalis
non spectat, qui tamen permis-
so cultu Dei domestico vi Pacis
Westph. Art. V. §. 34. patienter
tolerantur, liberoris exercitii re-
ligionis causa emigrare possint,
quidni et illis, quos annus nor-
malis in solo priuato religionis
exercitio tuerit, idem licet, si
maiorem religionis libertatem se
consequi posse sperant? Finis
generalis Pacis Westph. a specia-
libus distinguendus est. Ille
omnino in libertate conscientiae
et

vt denique fileam, potestatem eminentem non porrigi ad illa iura, quae subdit ex lege fundamentali habent: illud praesertim considerandum est, non quaeri hic de mero subditorum iure, sed etiam de iure Imperii et Corporis tam Ca-

et libero religionis exercitio, sed quantum vtrinque obtineri potest perfectissimo, constitit. Anni normalis finis est, determinare in quantum Dominus territorialis ad tolerantiam cogi possit. Quid, si sponte concedit auctorita, quam annus normalis tribuit, an illud fini pacifcentium contrarium? Quid, si plura concedere nolit, an huic fini repugnat, si subdit, maiorem libertatem querentes, quam Dominus territorialis concedere vult, emigrare volunt? Certe Protestantes alternatiuam hanc proposuerant, aut subditis Autonomiam concedandam, aut emigrationem. Per illam vero tunc temporis plenissimam religionis libertatem intellectam fuisse, ex ipsis Actis Pacis Westph. patim constat. Cum ergo alternatiuam illam sibi propositam fuisse, se vero primum membrum repudiassit, alterum concessisse, ipsi Status Catholicus testetur, quando in responione ad Euangelicorum grauamina ap.

DE MEIERI I. c. T. II. p. 557.

dicunt: *sintemal bey Abhandlung des Religions-Friedens, der A. C. Verwandten erlich begehrte, allen Unterthanen insgemein die Religion frey zu stellen, und danach dabenebens zu verabscheiden, wann einer von seinem Herrn, so einer andern Religion waere, und sich zu folcher nicht bekennen, sondern hinweg ziehen wollte, das ihme dasselbe zu erlauben. Weilen nun das erste Kais. Mai. und die Catholischen keinesweges nachgeben koennen, so ist gleichwohl des zweyten Falls halben diese Verfehung beobachtet, dass die Unterthanen, wenn sie der Religion halben sich nicht bequemen, sondern lieber hinweg ziehen wollten, nicht aufgehalten - seyn sollen: sequitur, vt, nisi subditis hoc desiderantibus, publicum religionis exercitium concedatur, emigrare queant, ad minimum Pacis Westph. fini hoc non repugnet. Tandem ratio idonea non adest, cur subditi, qui emigrare possunt, adeoque, si remanent, ex pacto liberaque voluntate manent, me-*

ttip. 1800 temp. incepson bi origina lio.

XXIV DE TRANSPANTATIONE IN LOCVM

tholicorum, quam Euangelicorum (§. 8.), ita cum iure subditorum connexo, ut diueli nequeant; atque, cum nullius Domini territorialis superioritati Imperium vel ambo Corpora subiiciantur, aduersus haec quoque potestas territ. eminens exerceri non potest. Accedit, quod singulæ Germaniae prouinciae erga vniuersum Imperium se habeant, ut singuli ciues, singulæ personæ morales, erga rempublicam; atque hac ratione falso Imperii in confliictu vincet salutem singularum prouinciarum. Cum igitur a Pacis religiosæ et Westphalicae custodia falso Imperii dependeat, contra vero a potestatis territorialis, etiam eminentis exercitio, singularum prouinciarum falso: potestas territorialis eminens aduersus Pacem religiosam et Westphalicam, hinc et aduersus iura subditorum, qui religionis causa vi foederum Pacis vel emigrare, vel expelli possunt, nihil omnino valet; et potius Domini territoriales cogitare debent, quod subditi non tantum suorum territoriorum sint subditi, sed et Imperii.

§. XVIII.

Sic igitur constitutis rebus iam nihil amplius superest, quam ut obiectiones etiam, et argumenta, quibus eruditæ a me dissentientes vtuntur, pro ratione instituti ad aquam iuris lancem expendam; et quoniam praesertim Celeberrimus Academiae Ingolstadiensis Cancellarius, Perill. L. B. AB ICKSTATT q), contrariae sententiae caufam acutissime egit, liores sibi conditiones, quam quae illorum sunt, quibus annus normalis solum priuatum religionis exercitium tribuit, stipulari nequeant, cum fini pacientium profecto non repugnet, ex accidenti meliores conditiones illos consequi, qui per se, et iure perfecto, exigere id nequeunt, quod

hi, quos annus normalis tueretur, omnino iure perfecto exigere possunt.

q) In Progr. de iure Statuum Imperii expellendi atque transplantandi subditos diuersam a territorii Domino religionem amplectentes, Opusculorum. Tom. I. pag. 285. sqq.

vt eius quoque rationes primo loco ponderem, officii mei ratio exposcit. Id vero non eo explicari volo, quasi honori Viri, quem oppido qua mores qua scientiam maximi facio, interque summos huius aeuī ICTos numero, quicquam detractum cupiam, aut viribus illi me parem existimem: sed potius quicquid ago, eo consilio ago, vt ciuis reipublicae literariae sentiendi libertate vſus qualecunque virium mea-rum periculum faciam, et argumenta vtcunque comparata integrissimo ipsius iudicio lubens volensque ſubmittam. Illi deinde iungam quae contra meam fententiam dixit 10. MENCKEN r), cuius argumenta non quidem per omnia conuenient cum illis, quibus Perill. L. B. AB ICKSTATT vſus eſt, nec tamen etiam per omnia ab illis recedunt, et, cum pau-cis principiis nitantur, paucis ſolui poſſunt.

§. XIX.

Primum vero argumentum, quo vtitur aequiflmissimus alias iurium tam territorialium, quam ſubditorum, arbiter, Perill. L. B. AB ICKSTATT, eo redire videtur s), vt primo ceneat, per transplantationem ſubditorum in loca, vbi plena li-beritate conscientiae et libero religionis exercitio fruuntur, illis non raro, si non melius, at certe aequi bene confuli, quam emigrationis beneficio, ita, vt talis transplantatio me-rito pro effectu principalis clementiae et beneficio haben-da sit: vnde deinde infert, eam aduersus Pacem Westphali-cam et intentionem pacientium flare non poſſe. Quam obrem, cum porro Domini territoriales in ſubditos iure con-ſti-

r) In Diff. sub. Praefidio III. te, iuxta Pacificat. Relig. §. Wo HERM. BECKERIA. 1755. Ro- aber unſere.

ſtochii habita, de imperante ſub-ditum religionis cauſa emigratu- s) Opusc. cit. §. 112, 115, 117, rum transplantandi iure gauden- 118, 119, 121.

D

XXVI DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

stituant, quod nec Paci religiosae, nec Westphalicae repugnat: ius transplantandi subditos, post annum normalem diuersam a territorii Domino religionem amplectentes, Statibus Imp. negari non posse, censet. Ne vero quis credat, Virum Celeb. de omni transplantatione tam bene sentire, alibi ^{t)} requirit, vt subditi ita transplantandi non dure habentur, neque in loco apera, inculta, barbara ablegentur. Ergo, cum malorum propter solam religionem illatio persecutio sit, siue transplantandos siue transplantatos ab omni persecutione immunes esse cupit. Verum, quod ad *primum* pertinet, non quidem nego, Principem subditis, in ea conditione positis, vt vel emigrare vel expelli possint, ex amore paterno ^{u)} lautas sedes, et lacte melleque fluentes, in quas sine insigni bonorum dispendio, sine molestia se transferre possunt, aliasque commoditates, *offerre*, fiscum admiricula indigis praefare, locupletibus censu aliasque abiturorum praeftationes remittere posse: quae omnia, si sponte a subditis acceptantur, a iuri ratione remota non sunt. Sed nemo tamen negabit, sub specie paterni amoris infensum animum latere, magnificas promissiones lamentabilem exitum fortiri, parua beneficia ad hominum forte animos capiendos impertita, ingentibus deinde incommodis compensari, quin superari, posse. Accedit per transplantationem, aliasque similes deductiones, subditis libertatem quaerendae sedis, iudicium de eo, quid sibi in ea re expediat, prorups adimi (*§. 13. sq.*), iisque oculos ita occludi, vt, quales *futuri* sint, perspicere non possint, et merito hic dixeris:

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosa nocte premit Deus.

Cum itaque melius sit videre, quam oculis orbum esse, cum certa sint inuitarum traductionum incommoda, incerta vero, et tantum fortuita, commoda, spes dubia et fallax: per illas subditis melius consuli, quam per emigrationem, illasque ideo pro Principali beneficio habendas

^{t)} Ibid. §. 124.

^{u)} Vt Vir. Perill. vult. §. 112.

das esse, mihi persuadere nequeo. Quin si etiam concederem, traductiones tales mera beneficia esse: certissimum tamen est, beneficium sine in iuria obtrudi nemini posse, ac in praesenti caufarum genere Principis non esse, de eo, quid subdito expediat, iudicium (§. 9.), sed subditi esse aestimare, tantane spes boni sit ex assignatis sedibus, quanta spes boni est, ex domicilio ab emigrante vel expulso libere eligendo, obtainendi. Ad secundum deinde monendum esse censeo, non tantum, ut modo dictum est, summopere de eo dubitandum esse, quod transplantatio cum reliquis subditorum traductionibus beneficii rationem habeat; sed etiam, et si daretur, Paci Westph. et religiosae non esse contrarium, beneficium, ut ita dicam, nouarum sedium offerri subditis, obtrudi tamen eas inuitis subditis et nolentibus, tam vtriusque Pacis foederi, quam summorum Pacientium intentioni, certissime aduersatur (§. 7. 10. 15. 16.). Cum igitur, quod tertium est, nemo negare poslit, a Domino territoriali non iure constitui in subditos, quod Paci Westph. et religiosae repugnat: constat, Perill. Viri conclusionem non admittendam esse.

§. XX.

Secundum Viri Perill. argumentum ita explicatur: *Statutus et territoriorum Domini dictos suos subditos religionem mutantes expellendi iure gaudent. Ergo a potiori eosdem transplantare ipsis integrum erit, cum transplantatio idem, quod emigratio, subditis praefet, ac cum longe minori molesta conuencta sit x).* Hoc vero illud est, quod vulgo dicunt argumentum a maiori ad minus, atque recte tunc demum valere statuunt, quando quod minus est, in maiori continetur. Sed et in propositione minore vitium latere videtur. Cum enim transplantatio, cum caeteris similibus traductionibus, nouarum sedium electionem subditis omnino auferat (§. 13. 14.), oculosque illis ita claudat, ut futuram fortunam suam

D 2

pro-

x) Opusc. cit. §. 120.

XXVIII DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

spicere, vel incommodeum domicilium ip[s]is forte destinatum deprecari nequeant, emigratio autem, imo et exilium, subditis hanc electionis libertatem saluam relinquat; cum siue transplantationem spec[ie]s, siue emigrationem, siue tandem expulsionem, semper, in aequali incertitudine de futuri domicili commodis incommodeis, praefest eligere, quam cogi: oppido plus est transplantare, vel simili modo inuitum deducere, quam expellere vel emigrationem permittere; adeoque a iure expellendi ad ius transplantandi non valet consequentia *y*). Certe, si Vir Perill. a iure expellendi ad ius nouas sedes offrendi argumentatus esset, nihil monerem; verum in transplantatione de iure obrudendi quaeritur, quo ipso argumenti ratio insigniter mutatur.

§. XXI.

Transeo ad *tertium* argumentum, quod eo reddit, vt Vir Perill. primo censeat, per transplantationem subditorum, diuersam a territorio Domino religionem amplectentium, tam iura Dominorum territorialium, quam reipublicae communem salutem et securitatem in tuto collocari; nec minus per eam subditis post annum normalem diuersa facia amplectentibus efficaciter consuli: atque hinc infert, transplantationes subditorum esse medium, quo collisio inter iura Dominorum territorialium et subitorum tollatur. Cum itaque collidentibus Statuum et subitorum iubus exceptio facienda non sit, si vtriusque iura integra et illibata seruari possunt: hinc concludit, transplantationes esse medium, quo territoriorum Domini subitorum emigrations iure impedire queant *z*). Adiicit deinde, refractarios saepe subitos esse, et imaginariis suis iuribus ita pertinaciter insistere, vt cum iactura potius bonorum omnium, miseria summa comite alio secedere, quam et sibi, et reipublicae salutare medium eligere malint: quod an ferendum sit, prudentiorum iudicio relinquit.

y) Vid. Dom. Praef. Diff. cit. §.32. *n*) Opuse. cit. §. 113.115.116.122.

quit a). Haec vero omnia, vtut insignem veri speciem habeant, attentius tamen considerata examen vix suffinebunt. Concedam quidem, per transplantationes tum iuribus Dominorum territorialium, tum etiam publicae saluti prospici; vt vero credam, et subditorum, post Pacem Westphalianam religionem mutantium, commodis tantum per illas consuli, quantum per emigrationes, his omnibus adduci nequeo. Contrarium potius passim, praefertim vero §. 13. et 14. iam, vt opinor, satis demonstrauit; adeoque nec transplantationes pro iusto legitimoque, collisionem quandam, inter iura Dominorum territorialium et subitorum, tollendi medio haberi poterunt. At vero vel ipsam, quam Vir Perill. ponit, collisionem, reapse nullam existimo; et, etiam si vera esset, conclusio tamen non recte fese habet. Vt vera sit collisio, requiritur, vt vtrinque vere existant iura, quae in casu quodam singulari ex accidenti tantum simul confistere non possunt. Sed in praesente quaestione non agitur de casu singulari, sed viuierfali, et hoc posito, si Dominus territorialis subditis religionem mutantibus in loco pristini domicilii publicum religionis exercitium concedit, nec propter religionem ciuilia iura denegat, fatisque de vtroque cauet, vt supra dictum est, cessabit ius emigrandi subitorum, imo nec propter religionem migrare cupient. Sin vero territorii Dominus illa concedere non vult, non habet ius retinendi subditos b). Vt itaque frustra ponatur collisio, vbi nulla est. Si tamen adesset, nunc demum fru-

D 3 stra

a) Ibid. §. 124.

*que sine voluntaria sine necessaria
fit praetextu seruitutis aut alio*

b) Durantibus Pacis Westph. tractatibus Caesarei in Declaratione d. 5. Martii 1647. Legatis Suecicis oblati, ap. DE MESTERN A. P. W. Tom. IV. p. 125. ipsi proponebant: *Emigratio quo-*

*neutiquam difficilior reddatur:
quod centies deinde repetitum.
Cum itaque nec alio quounque
praetextu emigratio impedienda
sit; ergo, nec praetextu trans-
plantationis prohiberi debet.*

XXX DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

stra quaeritur de modo, quo sit *facienda* exceptio, cum in Pace Westphalica iam actu *fusca* sit, nec licet porro corrigere illa, quae dudum certo iure legeque constituta sunt. Quin, si *facienda* adhuc esset exceptio, vel maxime tamen puto, ipsius Imperii, ne dicam Corporum Catholici et Evangelici, salutem in censum venire, ita cum subditorum iuribus connexam, vt alterum sine altero consistere non possit; atque eapropter, cum transplantationes subditorum iura non illibata relinquant (§. 13. 14.), non ita *facienda* est exceptio, vt illae admittantur, sed propter rationes supra (§. 17.) prolatas, causa subditorum vincet: hinc transplantationes cohendae, emigrationes econtrario permittendae sunt. Quod tandem imperiet ad id, quod Vir Ill. adiicit, de subditis refractariis et iuribus imaginariis pertinaciter insistentibus, non is ego subditorum Aduocatus sum, qui omnes eorum dolos errores vel probet vel excusat: sed, quod ad causam spectat, qua de agimus, ius emigrandi liberum subditorum tantum ius *imaginarium* esse, concedere non possum, atque, quo minus subditos constanter ei inhaerentes pro refractariis habere possem, intercedunt rationes supra (§. 9.) allatae, et insignia transplantationum incommoda (§. 13. 14.), atque pericula (§. 19.).

§. XXII.

Postquam igitur monui, quae in Perill. L. B. ABICKSTATT argumentis non omnino recte se habere videbantur, ad illa nunc properandum est, quae Doct. IO. MENCKENIVS e penu sua depromxit. Is vero fundamenti loco sequentia principia substernit *c)*, nimurum: vnicam adaequatam beneficij religionis causa emigrandi rationem ponendam esse in conseruatione libertatis conscientiae, sed tantum quatenus haec conseruatio absque aperta iurium territorialium turbatione fieri potest. Ergo, concludit, si alia ratio-

ne

c) Differt. supra cit. §. II.

ne libertas conscientiae conseruari potest, cessare debet beneficium emigrandi. Iam facile patet, haec omnia ad commendationem transplantationis tendere. Ne tamen aliquis credat, Autorem quamcunque transplantationem pro emigratione admittere, circa finem Disquisitionis d) requirit, vt *locus*, in quem subditus transplantari debet, illis qualitatibus gaudeat, vt subditus ibi *omnia*, quae in territorio, in quod libere commigraturus erat, accepisset, perinde adsequi valeat. Verum haec omnia parum profunt. Si qualiscunque libertatis conscientiae conseruatio ratio *vni*ca et *adaequa*ta iuris emigrandi esset, ex ea sola omnia intelligi possent, quae in iure emigrandi deprehenduntur. At illud impossibile esse, cognoscitur ex iis, quae supra dicta sunt, (praefertim §. 7. 13. 14.); et, vt pauca repeatam, nemo ex illa sola ratione ostendere potest, cur tale ius subditis concessum, quo, ex ipsa FERDINANDI I. (§. 3.) et Catholicorum Statuum (§. 4. in fine) interpretatione et intentione, subditi a Superioritate territoriali Domini eiusque inspectione se prorsus liberare, et, secundum Pacis religiosae formulam §. 13. ibi: *folche nachdenkliche Vnscherheit (der Staende und Unterbanen) aufzubeben*, ab iporum etiam Dominorum territorialium oppressione semet ipsis in tuto collocare queant. Deinde limitatio, quam Auctor adiicit, nihil eum iuuat. Si enim eo sensu accipitur, quasi per conseruationem libertatis conscientiae his iuribus territorialibus, quae ei impedimento non sunt, nihil derogari debeat, vera quidem est, sed ad praesentem item decidendam nihil confert. Sin vero eo sensu intelligitur, quasi tunc demum subditi libertatem conscientiae conseruare possent, quando illud saluis per omnia iuribus territorialibus; itaque et saluo iure discessum denegandi, fieri potest: tunc pacifcentes in Pace religiosa et Westphalica frustra pauci essent, cum Domini territoriales ad permittendum discessum nunquam obligarentur, sed omne,

quic-

d) Nimirum §. 23.

XXXII DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM

quicquid est, in eorum prorsus arbitrium collatum esset. Tum vero illud quoque falsum est, quod Auctor dicit, sc. tunc iuris emigrandi rationem *cessare*, si idem finis adhuc per aliud obtineri potest. Quid enim impedit, quo minus eadem ratio in utroque adsit? Tandem, quod Auctor credit, in transplantatione tantum ratione solius *loci*, in quem subditus transplantandus est, praestari debere, quantum per emigrationem obtineri potest, illud cum intentione Pacificatorum parum conuenit (§. 7. 10.). Namque, ut transplantatione emigrationi aequipoleat, ad huius loci commoda non tantum respiciendum est, sed ad omnia omnino comoda, quorum emigraturus compos fieri potest; quandoquidem exigere potest id omne, quod leges ipsi concedunt. Cum vero certum sit, per emigrationem liberationem ab infensi Domini territorialis graui potestate obtineri posse, non vero per transplantationem; cum porro de eo, quid subdito expediatur, hinc etiam de aequali vel inaequali locorum bonitate, non Dominus territorialis, sed subditus, statuere possit (§. 9.): transplantationi, quippe non omnia, ut decet, praestant, et subditorum iudicium excludenti, nunquam locus erit.

§. XXIII.

Praemissis, quae modo ponderavi, principiis, Doct. MENCKENIVS ad specialia transit, et varia adserit de causibus, vbi vel subditus *in poenam* domestico Dei cultu priuatur, vel in exercitio religionis anno normali stabilito turbatur, atque ideo emigrare cupit; quae, quamvis quaedam monere possem, tamen, quod paulo a meo proposito remotius distant, intacta dimitto. Vnum tamen est, quod adhuc expendere iuvat; nimirum, quod, ex Auctoris sententia, si subditus, quem annus decretoriis in exercitio religionis vel priuato, quo alias contentus fuisset, vel publico, non firmat, propter illius huiusue defectum emigrare cur-

cupiat, illi quidem ius emigrandi, sed et simul Domino territoriali ius transplantandi, denegari nequeat c). Hoc vero id ipsum est, cuius contrarium hactenus demonstrare laborauit. Rationes Autoris eo redeunt: Si subdito, qui nec publicum, nec priuatum religionis suae exercitium anno normali habuit, a Domino territoriali illud negatur, Dominus territorialis non tollit salutem et securitatem, quam subdito secundum leges fundamentales praestare debet; hinc superioritatem territorialem non derelinquit, sed eam retinet. Iam leges fundamentales Imperii quidem volunt, ut subdito libertas conscientiae per emigrationem conseruetur; sed ita tamen, ut Superioritas territorialis per omnia salua seruetur. Quodsi vero illud, quod subditus exoptat, religionis exercitium, Dominus territorialis transplantando concedit, non modo ratio iuris emigrandi cessat, sed etiam subditus contra voluntatem Domini emigraturus contra eius iura territorialia ageret, cumque laederet. E. hoc casu ius emigrandi cessat, et transplantationi locum facit. Enim uero, cum iam ostenderim, ex legibus fundamentalibus libertatem conscientiae per emigrationis beneficium non solum eatenus subditis concessam esse, quatenus id saluis iuribus territorialibus fieri potest, sed ita potius, ut illius concessione territoriali iuri derogatum sit; huius autem necessarium fit consequens, quod iam *ipius legis vi*, et absque ulla *derelictione*, nulla territorialis potestas adsit, quatenus emigrationi impedimento esse potest, (§ 15. 16. 17.), cum ratio iuris emigrandi non plane cesset posita transplantatione, etiam si religionis exercitium, quod subditus desiderat, simul concedatur (7. 9.): cum ex his porro intelligatur, quod subditus emigraturus discessu suo non violet iura territorialia, quippe quae hoc

c) Diff. cit. §. 19. 22.


XXXIV DE TRANSPLANTATIONE IN LOCVM ETC.

hoc casu nulla sunt, quodque adeo nec laedat Domini-
num territorialem, quin potius Dominus territorii di-
scensum impediens is sit, qui iura subditi, Imperii,
et Corporum tum Catholicorum, tum Evangelicorum, salua
et illibata esse non finit (§. 17.): hac autem ra-
tione nervus argumenti mihi contrarii succidatur: non
dubito, quin etiam eius consequentia, ut vi-
ribus cassa, corruat.

T A N T V M.

Errata.

Pag. 8. lin. 25. post: pacem, ponatur comma. p. 10. lin. 6. pro fibi leg.
ipji fibi. p. 11. lin. 1. pro Brunsvicensis, l. Brunsvicensis. p. 12. lin.
6. pro iure l. iuri. p. 15. lin. 5. Superioritas, l. vt Superioritas. p. 18.
lin. 15. pro liberos l. liberas. p. 19. lin. 29. pro conuenire l. conuenire.
p. 21. lin. 7. aduersetur l. adueretur.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.


P R A E S E S.

Dum in patriam urbem redire festinas, Doctissime Candidate, et, vel tribus, TIBI valedicendum sit, adhuc, quod impense laetor, gratulandi occasionem mihi praeflare, nec sine doctis speciminibus, sine praemio, quod eruditum decet, discedere voluisti. Iam quid assiduis laboribus TVIS hic profeceris in examinibus didici, et adhuc ex hac Dissertatione disco; vt certus sim, dignitatem, quam propediem consequere, digno collatum iri. Hanc TIBI faustum esse cupio, et gratulor. I nunc, et diu fruere diligentiae TVAE fructibus, in patriae TVAE emolumentum virum TE praeesta, consilia TVA ex voto succedant, fortuna prospera vbique TE comitetur. Id vero dum voueo, opto quoque rogoque, vt mei memoriam ex animo nunquam dimittas. Vale. Scrib. Erlangae d. XXVI. Iulii

MDCCCLXVIII.

E 2

VIRO



V I R O

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
IOAN. CHRISTOPHORO BIERMANNO
 DOCTORANDO SIGNISSIMO

S. P. D.

IOANNES BAPTISTA SIMON I. V. D. OPPON.

Honos, quo me condecorasti **VIR DOCTISSIME** cum non tantum ut nudus Spectator ac testis Promotio-
 ni TVAE interesse, sed et Opponentis munus subire valeam, grates omnino requirit maximas, praesertim singula-
 ris TVA in me confidentia ob per exiguum temporis spatium,
 quo amicitia nostra stabilita fuit, quoque hic moror. The-
 ma dissertationis TVAE quid quaeso prodit, quam TE non solum in Ius Commune diligenter incubuisse, verum et Iu-
 ri Publico operam sedulo nauasse quod profecto laudabile.
 Patria TVA de vno alteroue latissimum TIBI aperiet Cam-
 pum, simul et industriam TVAM indefessam remunerabitur
 Colliges inibi exoptatissimos laborum TVORVM fructus, his
 semel fruens mei memor. Vale. Dab. Erlang.

d. V. Aug. 1768.

V I R O

VIRO

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
IOAN. CRISTOPHORO BIERMANNO
 AMICO SVO AESTVMATISSIMO

S. P. D.


IOANNES MARTIN V. I. ST. OPPON.

Partes quidem repugnantis, quas mihi, AMICE AESTVMATISSIME, pro singulari TVA in me amicitia, demandabas, recusare nolebam, quin potius laetus fuscipiebam: at certior factus de re, de qua commentaris, cognitu certe iucundissima et utilissima, eademque ad rationem perpensa, promissa mea mihi esse reuocanda fere satius duxi. Quis enim TVAS et graues et multas argumentationes, quae non nisi ipsorum fontium firmis solidisque nituntur fundamentis, quis, inquam, illas infirmare, aut tantum in dubium vocare potest? Sane me in praesentia his partibus rite perfungendi imbecillioresse, quam forsan exspectares, ingenue fateor; meque illas solum modo subiisse, ut intelligeres, me TIBI de omnibus amicitiae officiis quam lubentissime obsequi. Iam vero TIBI, AMICE SVAVISSIME, de hoc specimine, quo non exiguum diligentiae studiorumque TVORVM exhibes monumentum, quoque omnibus, ut opinor, aequis rerum aestimatoribus pergratum erit, ex animo gratulor; gratulor TIBI porro de honoribus amplissimis, quibus iam perdignus es iudicatus, simulque iis, quibus TE, reducem, patria TVA dulcissima, quam ardens TVI tenet desiderium, est ornatura. Ne vero sim multus, uno verbo vota complectar mea: Deus optimus maximus TE semper saluum et incolumem seruet; omnesque tuos conatus et molimina felicia, fausta et fortunata esse concedat. Inchoatam vero nostram Amicitiam, cuius officiis nunquam sum defuturus, AMICE AESTVMATISSIME, ut et absens colere velis, est, quod vehementer opto. Dabam

Erlangae d. 6. Mens. Augusti MDCCCLXVIII.

E 3

Wenn



*W*enn von Verdiensten gefolgt, an der Weisheit Hand
Der aedelmuthige Ringling wurdig, sein Ehrenmaal baut,
Selber sein Ruhm und sein Lohn; dann schweig ihn das Saitenspiel.

*T*horen bedürfens, daß feil ein ruhmredig Aerz
Ihren Schimpf, ihren Namen, von innrer Würde verkannt
Veber die Erde verkündigt, wenn sie frech Würdigern

*G*eflochtene Kraenze entweih'n -- doch des Weisen Aug
Findt ungetaesch't stets den Thoren wieder, auch blendend verlarvt
Aedelster Biermann! Dich nicht, Dich preist nicht der Lobgesang

*D*er Muse; Dich preisen Dein kronenwürdig Herz,
Vnd Dein erhabner Werth Freund, vnd Blicke des Morgensterns
Auf Dich herab, noch ereilt bei groszen Vermoderten.

*D*och sei's der Freundschaft gegoennt, die vñ Mitternacht
Einsam Dich oft denkt vnd klaget, daß, glücklich bey Deinem Glück,
Das Lied ihrer Freude Dich grüßet veber die Ferne hin.

*E*r ist's, mein Fest, er; herunter vom Morgenroth
Steigt mir der schoenste der Tage. Frühlinge kraenzen sein Haar,
Vnd in der Rechte winkt schimmernd ihr Lohn der Würdigkeit.
Dein

*D*ein ist er, zaertlichster Freund, nun zum Priesterthum
Durch Themis Purpur geweiht, geh; schon lacht dem trefflichsten Sohn
Augsburg entgegen, und sinnt Dir gleiche Belohnungen.

*D*ort, ja! schon sieht es die fromme Begeisterung,
Giebst Du den Weisen, den Mann, den Bürger vnd den Patriot,
In meinem Freunde, mein Stolz, dem dankbaren Vaterland.

*D*ann leihst Du, heiliges Amt, seufzenden Tugenden
Schuzzreich den Arm, vnd donnerst auf kühner Bosheit Stolz
Vnd auf den Scheitel des Lästers ernste Gerechtigkeit.

*V*nd Enkel kommen, vnd weinen Dir Dankbarkeit
Auf dein gesegnetes Grabmaal -- Sprich, durch den Schüler geehrt,
Muse des Rednizzstrands: ich wars, ich, seine Lehrerin.

Leipzig den 18. Julius
1768,

AMI-

A M I C O M I O
ONORATISSIMO E CARISSIMO

Mi vallegro sommamente di veder V. S. salire a quel sommo grado d'onore e di gloria che merita. Avrei oggi la più desiderata occasione di far il panegirico delle nobili qualità di V. S., se non avessi da temere d'offendere la di LEI modestia naturale. E chi non sa che le virtù e le belle qualità s'elodano assai da per se. Non dirò altro se non questo, che tutti i SUOI amici nel gran numero dei quali o l'hono d'essere anno e troveranno sempre in LEI un amico veramente costante e fedele, un letterato senz'orgoglio, ed un uomo d'una condotta amabile, onesta ed esemplare. Felice la patria che aspetta V. S. per colmar LA di tutti gli onori, dovuti al di LEI merito! Ma infelici noi che abbiamo la disgrazia di perdere la dolcissima conversazione d'un amico il quale riveriamo. Perdiamo la di LEI cara presenza ma siamo certi che non porremo mai perdere l'affetto asficerato che ci porta. Viva V. S. per sempre felice e fortunata, e se sovvenga spesso di noi e particolarmente di me che sono

Erlanga adi 10. Agosto

1768.

* * D. V. S. M. ILLVSTRE

fedelissimo servo ed amico
G. F. SCHVTZINGER,
di Weissenborgo.

ULB Halle
007 368 429

3



vD78



C. 5. num. 20.

33333

7
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE

TRANSPLANTATIONE SVBDITORVM

IN LOCVM EMIGRATIONIS VEL EXPVLSIONIS RELIGIONIS CAVSA NON SVBSTITVENDA

AD I. P. O. ART. V. §. 36.

Q V A M

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO CHRISTIANO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI REL.CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE
P R A E S I D E

IOANNECHRISTOPHORORVDOLPH

IVR. DOCT. ET PROF. P. O.

P R O L I C E N T I A

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESENDI

D. IVLII MDCCCLXVIII.

PVBLICAE ERVDITORVM DISCEPTATIONI

S V B M I T T I T

AVTOR ET RESPONDENS

IOANNES CHRISTOPHORVS BIERMANNVS

AVGVSTANVS.

ERLANGAE
LITTERIS WALTHERIANIS.KONFRIED
UNIVERSAS.
ZVHALIE